



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Markgraf Hermann verleiht seinen Antheil an den Vogtei-Rechten über
das Dorf Helingen an Burchard und Gunzel von Bartensleben und an deren
Brüder, am 1. November 1301.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

II. Markgraf Hermann verleiht seinen Antheil an den Vogtei-Rechten über das Dorf Helingen an Burhard und Gunzel von Bartenleben und an deren Brüder, am 1. November 1301.

Nos hermannus, Dei gratia Brandenburgensis Marchio, Recognoscimus presentium — quod iustis petitionibus nostrorum vasallorum inclinati, Domino Burgardo ac Guntzelino de Bertensleue ac aliis eorum fratribus Contulimus aduocaciam in villa heylige, nostram partem, Et cum omni iure, sicut ad nos dinoscitur pertinere, iusto titulo feudali. In Cuius facti testimonium presentibus nostrum sigillum est appensum. Actum et Datum Arneburch, Anno Domini M^o. CCC^o. primo, In die omnium sanctorum.

Nach dem Originale im Wolfenburger Archive.

III. Die von Bartenleben gründen die Parochie Helingen, am 17. Juni 1302.

Quum memoria hominum sit labilis et de facili evanescat, ne igitur ea, que sunt in tempore, ullam oblivionis calumpniam patiantur aut iacturam, expedit, vt scriptis authenticis eterne firmitatis robore firmiter perhennentur. Inde est, quod nos Borchardus, Guncelinus, Guntelus et Wernerus, fratres, dicti de Bertensleue, tenore presentium publice profiteamur et omnibus, quorum interest aut quibus nosse fuerit oportuum, cupimus fore notum, quod imminens periculum et dampnum villanorum magno et parui Helinghe pie et sollicitè intuentes de via prolixa, quam ad ecclesiam in magno Hilleghendorp, pro diuinis officiis ac sacramentis percipiendis, diebus celebribus atque aliis grauitè frequentabant, ipsos a plebanatu siue a cura ecclesie predictæ in magno hilleghendorp, cum consensu et assensu archidiaconi illius loci, videlicet Borchardi de Scrapelowe, viri honorabilis, nec non patronorum, videlicet Canonicorum montis sancti Cyriaci prope muros Brunelwicenses, atque nobilium virorum frederici et Waltheri dictorum de dorstat, libere eximentes, statuentes quoque vt ad ecclesiam in magno helinghe cum omni iure pertineant, quemadmodum ad predictam ecclesiam hilleghendorp primitus pertinebant. Pro qua quidem exemptione sepe dicte Ecclesie in hilleghendorp dedimus et penitus resignamus aduocaciam vnus mansi, qui dicitur hoborthe, siti ibidem in campis hilleghendorp. Dedimus etiam plebano eiusdem ecclesie aduocaciam vnus mansi pertinentis ad dotem, nec non aduocaciam duorum mansorum sitorum in campis parui hilleghendorp atque aduocaciam dimidii mansi siti in campis Goswinkel ipsi ecclesie et presenti plebano nec non suis successoribus perpetuo possidendam. Insuper ne ius campanarii ex hac transmutatione aliquod detrimentum patiat, statuimus et adiecimus, vt annuatim ipsi campanario iam dicto de sepe dicta ecclesia duo solidi persoluantur, et a plebano eiusdem vnus solidus similiter persoluantur, cum quibus suum officium condecensius emendetur. Et ne huiusmodi transmutatio a nobilibus viris de Dalem, quia aduocacia predictorum mansorum ad illos olim pertinebat, aliquantulum infringatur, pro-